



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De locutione. Cap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

De locutione.

CAP. X.

IN locutione tria sunt similiter obseruanda. In locutione tria obseruanda
 Primum, vt tardus sit homo ad loquendum. Eclli. 32, 10.
 Loquere adolescens in causa tua vix, cum necesse fuerit. Quanto magis in non tua vel in non causa: scilicet in leui vanitate? Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum: vt utilitas & oportunitas exigit esse loquendum. Silentium obseruandum.
 Utilitas necessitate ædificationis, vitandi euidentis nocementi, & honoris Dei promouendi. Oportunitas temporis, loci, causæ, & qualitatis audientium. Vas quod non habuerit operculum vel ligaturam desuper, immundum erit. Puluis enim incidit, & vermes Nu. 19, 15.
 & animalia immunda inquinabunt illud, & si quid pretiosi vel aromatici liquoris in eo reconditur, euaporat virtus eius. Sic qui per censuram silentij non ponit ori suo custodiam, frequenter immundatur sorde illicitorum verborum, mendaciis, maledictis, detractiõibus, turpiloquiis, iactantiis, scurrilitatibus, & similibus. Si quid etiam deuotionis intus habet vel occultæ virtutis, citius euaporat & infrigidatur & euanescit, sicut sæpius possumus experiri quando post compunctionis gratiam ad verba otiosa defluimus, mox & sapor minuitur & feruor extinguitur, & intelligentia obscuratur, & mentis ad Deum intentio dissipatur, & cor à bono quod prius habuerat euacuatur. Verbatim tinanda antequam dicantur.
 Secundum est, in loquendo circumspectum esse, vt consideret quid loquatur & qualiter, & coram quo, disponens sermones suos in iudicio discretionis: ne alicui loquendo noceat, ne quem indebitè offendat vel scandalizet, ne quid falsū admisceat quod conscientiam postea

remor-

Q

De

*Ecli. 11, 29.**Prov. 13, 3**Mat. 12, 36*Verbum
otiosum.Loquendū
breuiter.*Ecli. 20, 8**Prov. 10, 19*Duo ver-
ba nobis
permissa.*Lib. 5. ep.
ep. 38.**Prov. 25, 28**Li. 7. Mor.
cap. 25.**Prov. 22, 20*Vt avarus
numis, ita
religiosus
parcet ver-
bis.

remordeat & dixisse pœniteat. Cor stultorum
in ore illorum. Et ideo cum aperiant os, effun-
dunt totum quod habent intus per stultitiam.
Os autem sapientium in corde ipsorum: quia
os eorum nō profert nisi quod cor eorū prius
deliberavit bene esse loquendum. Qui custo-
dit os suum, custodit à periculo animā suam:
qui autem inconsideratus est ad loquendum,
sentiet mala. De omni verbo otioso quod lo-
cuti fuerint homines, reddent rationem in die
iudicij. Gregorius: Otiosum verbum est, quod
aut ratione caret iustæ necessitatis, aut inten-
tione piæ utilitatis. Si ergo culpa non caret
sermo otiosus qui non prodest, quid de perni-
tioso qui etiam obest? Tertium est, vt breuiter
loquantur, & sine utilitate & necessitate non
multiplicentur verba. vnde, Qui multis vitur
verbis, lædit animam suam. In multiloquio
enim peccatum non deerit. Duo enim verba
quæ sola nobis permissa sunt inter omnia, citò
dicta sunt, id est, quod necessarium est tibi vel
alteri, vel vtile tibi vel alteri. Necessitas citò
insinuata est sapienti. Nam apud insipientem
nulla verba sufficiunt. Utilitas si per nimia ver-
ba se effundit, onerosa erit & fastidiosa. Sene-
ca: Non multis opus est verbis, sed paucis &
efficacibus. Sicut vrbs patens & absque mu-
rorum ambitu; sic vir qui nō potest in loquen-
do cohibere spiritum suum. Gregorius: Quia
morum silentij non habet, patet inimici iacu-
lis, ciuitas mentis. Sic cautus & parcus sit ho-
mo in verbis, sicut avarus in nummis suis:
quia verba quibus meremur gloriam cæli,
pretiosiora sunt omni thesauro. Thesaurus
desiderabilis requiescit in ore sapientis. Aua-
rus pecuniæ & parcus, profundè & in abscon-
dito recondit eam, nec profert eam largiendo
nisi pro vrgenti necessitate vel utilitate sua, &
cauet

cauet ne vel obolum superfluè effundat supra
quàm necesse sit. Sic etiam religiosus cordis
sui thesaurum abscondit, rarò loquendo, & ni-
si pro necessaria causa vel utili os ad loquen-
dum aperit. & quod cum paucioribus verbis
potest expedire prout sufficit, ad hoc plura su-
perfluè non effundat. Quadruplex autem bo-
num ex hoc ei proueniet: quia cauebit pecca-
tum multiloquij vel vaniloquij: intellectus
eius interiùs magis profundabitur & sublima-
bitur, sicut aqua conclusa, quæ non habet exi-
tum per quem effluat, crescit in altum: item
quod loquitur apud homines magis habetur
autenticum, cum sciant eum cum maturitate
loqui, & non leuiter effundere verba sua: item
singularem gloriam meretur in celo.

De disciplina morum.

CAP. XI.

MORVM disciplina in religiosis triplici
colore decoratur: si sunt maturi, humi-
les, & benigni. Maturi, vt nò sint leues ad cur-
rendum, nec prouisi ad risum, vel curiosi, vel
verbosi, nec ioculatores. Maturitas intus men-
tem componit, & totum corpus exteriùs ab
insolentia custodit. Caput regit ne leuiter hinc
inde circumferatur, oculos ne vagentur, aures
ne curiose auscultent quæ minùs expediunt,
linguam refrænât ab otiosis & infructuosis ver-
bis, manus ab inutilibus occupationibus: pe-
des à vanis deambulationibus & indecenti-
bus diuaticationibus, & totum corpus ab in-
quieto motu cohibet, nisi secundùm quod ra-
tio exposcit. Vnde beatus Bernardus scribens
de beato Malachia Episcopo, commēdat eum,
quòd ita compositus fuit in moribus, quòd
nec manū, nec oculum, vel aliquod mēbrum

Maturitas
corpus &
mentem
cōponit.

In vita S.
Malachia,
cap. Ascensio
di.

Q 2

leui-